B. N. C.
FIRENZE
1037
24

1037. 24

CONCLVSIONES PRINCIPALIORES EX VNIVERSA THEOLOGIA SUBTILISSIMI DOCTORIS SCOTI.



FLORENTIÆ MDCXCVII.

Ex Typographia Petri Matini, ſub Signo Leonis.
SUPERIORUM PERMISSU.

REVERENDISSIMO PATRI

F. MICHAELI ANGELO DE CANDIA

ORD. MIN. S. FRANCISCI DE OBSERV.

In Laureatis Sacræ Sapientiæ Lyceis, ac Suggeſtis, Totius Europæ plauſu proclamato Apollini.

Inde in Provincialem Miniſtrum: deinde Commiſſarium Generalem Romanæ Curiæ, nunc verò Seraphicæ Religionis Diſcreto Perpetuo.

Cuius meritis
Et Auguſto Animo
Anguſta sunt munia;
Quique
Tam ſibi uni
Omnia debere ſtuduit,
Vt dignitatis splendorem
Auxerit suo

Huic igitur maximo Viro
Supremo Seraphicæ Relig. decori.
Religiosæ integritatis
Perfectiſſimo exemplari,
Virtum omnium
Conspicuæ, usque in admirationem
Structura compacto;
Nec ſibi, nec otio nato,
Sed Temporum Gloriæ,
Et cunctorum utilitati;
In Æternitatis monumentum,
Atque in perpetuum
Obsequij, ac clientelæ symbolum,
Se, Theses, remque suam,
Pronus offert,
Lubens dicat, & ex corde sacrat.

Fr. Antonius Franciſcus de Bononia
In Conveтu Omnium Sanctor. Florentiæ
S. Theol. Studens Generalis.

CON-

CONCLVSIONES PRINCIPALIORES.

1 COnſtitutivum formale Dei eſt Aſſeitas; Exiſtentia quoque prædicatum quidditativum.

2 Exiſtentia Dei a poſteriori demonſtrari poteſt, quamvis non a priori.

3 Deus eſt, eſt propoſitio per ſe nota.

4 Attributa Dei inter ſe, & ab eſſentia formaliter diſtinguuntur.

5 Creaturæ ſecundum eſſe reale non coexiſtunt Æternitati, quamvis ſecundum eſſe obiectivum.

6 Si Deus poſſet velle de novo aliquid in Tempore, non læderetur eius immutabilitas phyſica.

7 Deus eſt inviſibilis ab oculo corporeo.

8 Deus naturaliter nequit videri ab intellectu creato, benè tamen ſupernaturaliter.

9 Deus de potentia abſoluta poteſt videri ſine lumine Gloriæ.

10 Eſſentia Divina poteſt videri non viſis Perſonis.

11 Species impreſſa Divinæ Eſſentiæ repreſentativa, eſt poſſibilis.

12 In Viſione Beata reperiri poteſt inæqualitas, nedùm ratione luminis, ſed etiam ratione intellectus creati.

13 Voluntas Divina neceſſario amat Eſſentiam ſuam.

14 Prædeſtinatio ad Gloriam eſt ante præviſionem meritorum.

15 Reprobatio, ſeù Damnatio ad pœnam eſt poſt præviſionem Demeritorum.

16 Abſconditum Trinitatis Myſterium nulla ratione naturali evidenter eſt demonſtrabile.

17 Duæ ſunt tantum proceſſiones Divinæ, & nec plures, nec pauciores ſunt poſſibiles.

18 Relationes Originis, formaliter ab Eſſentia diſtinctæ, non dicunt perfectionem, nec imperfectionem involvunt.

19 Perſonæ Divinæ conſtituuntur proprietatibus Relativis.

20 Ultra tres Subſiſtentias Perſonales, datur etiam Subſiſtentia abſoluta Eſſentiæ.

21 Pater Divinus eſt perfectè Beatus antequam generet Filium.

22 Verbum Divinum producitur per dictionem, non verò per intellectionem.

23 Verbum Divinum producitur ex cognitione Divinarum Perſonarum.

24 Verbum Divinum non producitur ex cognitione Creaturarum poſſibilium.

25 Spiritus Sancti proceſſio non eſt Generatio, quia eſt modo libero.

26 Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, realiter adhuc diſtingueretur ab illo.

27 Incarnatio Verbi Divini fuit poſſibilis, licet non naturaliter demonſtrabilis.

28 Humanitas à Verbo aſſumpta, propriam poſſidet Exiſtentiam.

29 Fuit in Poteſtate Verbi cuiuslibet aliæ naturæ ſubſtantialis aſſumptio.

30 Plu-

30 Plures Perſonæ eandem numero naturam aſſumere nequeunt, quamvis ab una tantum Perſona Duæ Naturæ poſſint aſſumi.

31 Chriſtus eſt impeccabilis non per unionem hypoſtaticam, ſed per viſionem beatificam.

32 Meritum Chriſti non fuit ſimpliciter, ac intrinſecè infinitate affectum.

33 Chriſtus, cuius gratia ſolum fuit ſumma, non ſatisfecit de toto rigore iuſtitiæ.

34 Pura Creatura viribus gratiæ adiuta potuit ſufficienter ſatisfacere pro peccato Adami.

35 Quo non peccante, adhuc Verbum Divinum ex vi præſentis Decreti eſſet Incarnatum.

36 Sacra Evangelij Lex eſt prudenter credibilis, & credenda.

37 Aſſenſus Fidei non reſolvitur in Auct. Eccleſiæ, ut in Obiectum formale credendi;

38 Sed in has præmiſſas, Deus eſt verax indicendo, & revelavit Myſteria.

39 Revelatio tamen non eſt pars Obiecti formalis fidei, ſed tantum neceſſaria conditio.

40 Fidei Divinæ nullo modo poteſt ſubeſſe falſum.

41. Fides explicita Chriſti ſub conceptu Filij Dei, eſt neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem Adultorum.

42. Probabile eſt habitum fidei educi de potentia ſubiecti.

43. Fides neceſſario eſt diſcurſiva, aut formaliter, aut virtualiter.

44. Fides eſt certior ſcientia, utraque certitudine.

45. Eadem Charitate infuſa Deus, & Proximus diligitur, & quæ fuit in Via, manet etiam in Patria.

46. Plures Angeli poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie Athoma.

47. Angelus non eſt in loco per operationem, ſed per ſuam ſubſtantiam.

48. Angeli emendicare poſſunt ſpecies etiam à rebus materialibus.

49. Implicat ſpecies repreſentativa non tot quin plurium Obiectorum.

50. Angeli potuerunt peccare in primo ſuæ Creationis inſtanti.

51. Angelis conceditur cognitio ſecretorum cordium.

52 Obſtinatio Dæmonum in malo non pro-
venit ab inflexibilitate eorum Voluntatis;

53 Sed à Denegatione concurſus Divini.

54 Originale peccatum in hominibus non eſt
peccatum moraliter perſeverans.

55 Peccatum originale conſiſtit in Carentia
Juſtitiæ Originalis, & Gratiæ ſantificantis.

56 In actibus humanis reperitur vera ratio,
& propria Voluntarij.

57 Dari poteſt pura omiſſio ſine aliquo po-
ſitivo.

58 Perfectum voluntarium reciprocatur cum
libero.

59 Sacramenta cauſant Gratiam moraliter, non
phyſicè.

60 Character trium Sacramentorum, an ſit For-
ma abſoluta, vel relativa? Problema.

LAUS DEO.

Publico exponentur certamini Florentiæ in Eccleſia Omnium SS. Respondente eodem qui ſupra . Sub Aßiſtentia R. P. Seraphini San Casciani ibidem Lectoris Generalis, & Almæ Provinciæ Tusciæ Cuſtodis . Ann. 1697. *Mens. Die Hora*

99 9560

Angelo * Pandimiglio
restauratore
825650 * 8274800

30 Plures Perſonæ eandem numero naturam aſſumere nequeunt, quamvis ab una tantum Perſona Duæ Naturæ poſſint aſſumi.

31 Chriſtus eſt impeccabilis non per unionem hypoſtaticam, ſed per viſionem beatificam.

32 Meritum Chriſti non fuit ſimpliciter, ac intrinſecè infinitate affectum.

33 Chriſtus, cuius gratia ſolum fuit ſumma, non ſatisfecit de toto rigore iuſtitiæ.

34 Pura Creatura viribus gratiæ adiuta potuit ſufficienter ſatisfacere pro peccato Adami.

35 Quo non peccante, adhuc Verbum Divinum ex vi præſentis Decreti eſſet Incarnatum.

36 Sacra Evangelij Lex eſt prudenter credibilis, & credenda.

37 Aſſenſus Fidei non reſolvitur in Auct. Eccleſiæ, ut in Obiectum formale credendi;

38 Sed in has præmiſſas, Deus eſt verax indicendo, & revelavit Myſteria.

39 Revelatio tamen non eſt pars Obiecti formalis fidei, ſed tantum neceſſaria conditio.

40 Fidei Divinæ nullo modo poteſt ſubeſſe falſum.

41 Fi-

41. Fides explicita Chriſti ſub conceptu Filij Dei, eſt neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem Adultorum.

42. Probabile eſt habitum fidei educi de potentia ſubiecti.

43. Fides neceſſario eſt diſcurſiva, aut formaliter, aut virtualiter.

44. Fides eſt certior ſcientia, utraque certitudine.

45. Eadem Charitate infuſa Deus, & Proximus diligitur, & quæ fuit in Via, manet etiam in Patria.

46. Plures Angeli poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie Athoma.

47. Angelus non eſt in loco per operationem, ſed per ſuam ſubſtantiam.

48. Angeli emendicare poſſunt ſpecies etiam à rebus materialibus.

49. Implicat ſpecies repreſentativa non tot quin plurium Obiectorum.

50. Angeli potuerunt peccare in primo ſuæ Creationis inſtanti.

51. Angelis conceditur cognitio ſecretorum cordium.

52 Obſtinatio Dæmonum in malo non provenit ab inflexibilitate eorum Voluntatis;

53 Sed à Denegatione concurſus Divini.

54 Originale peccatum in hominibus non eſt peccatum moraliter perſeverans.

55 Peccatum originale conſiſtit in Carentia Juſtitiæ Originalis, & Gratiæ ſantificantis.

56 In actibus humanis reperitur vera ratio, & propria Voluntarij.

57 Dari poteſt pura omiſſio ſine aliquo poſitivo.

58 Perfectum voluntarium reciprocatur cum libero.

59 Sacramenta cauſant Gratiam moraliter, non phyſicè.

60 Character trium Sacramentorum, an ſit Forma abſoluta, vel relativa? Problema.

LAUS DEO.

Publico exponentur certamini Florentiæ in Eccleſia Omnium SS. Respondente eodem qui ſupra . Sub Aſſiſtentia R. P. Seraphini San Casciani ibidem Lectoris Generalis, & Almæ Provinciæ Tusciæ Cuſtodis . Ann. 1697. Mens. Die Hora

99 95693

Angelo Pandimiglio
restauratore
825650 * 8274800